



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

De bonis operibus, quænam præcipua sint & Deo propinquiora: in quibus
item religio versetur. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

qualia in carne eorum opera, contra Deum & contra Dei verbum sint cui-
bet nimis quam etidens existit. Hos missos facimus (suum enim suo inueni-
ent tempore iudicem) dicturi de his, qui se in virtutum operibus exercent.

*De bonis operibus: quanam precipua & Deo propinquiora sint, in quibus
item religio versetur. Cap. 11.*

Opera bona
quanam
precipua
sint.
Religio
quid sit, &
quibus re-
bus constet
& exercea-
tur.
Deuotio
quid.
Oratio quid.
Adoratio
Dei qui fiat.

Inter omnia bona opera primum locum tenent, & precipua sunt, quæ
propinquius finem, propter quæ fiunt, (hoc est Deum qui verus & vlti-
mus nostrorum operum finis erit) attingunt. Opera autem, quæ ad ipsū
propinquius accedunt, sunt opera religionis, quæ est cultus Dei, adoratio
Dei, latria Dei, quæ se vicinius absque omni medio in DEVM, tanquam
verum finem suum extendunt, Huiusmodi religiōis aut diuini cultus opera
sunt attentio & deuotio, quæ est prompta voluntas velociter se ijs rebus ad-
dicendi, quæ ad Dei cultum pertinent. Item, oratio, quæ est ascensus mentis
in Deum, & sic mentalis oratio vocatur, ex qua ea quæ fit ore & verbis pre-
catio nec non cantus & laus Dei proficiscitur. Ad quas vt benè fiant, opus est
meditatione & cōtemplatione Dei & puritate cordis. Hæc & his similia nas-
cuntur & promouentur ex interiori homine. Porro in exteriori homine erga
Deum sese religio exhibet in adoratione, quæ fit per genuum flexionem, per
sui in faciem prouolutionem, per incuruationem corporis & his similia,
quibus interior homo extimulatur, excitatur, aptior redditur, exercetur,
& ad opus suum mouetur. Verum etiam est, vt si exteriora opera fieri debent,
interiora prius adesse oportere, ex quibus exteriora scaturiant. Vt si Deū
exterius adorare velis, prius opus est interius ipsum in te, quem adorare vo-
les, cognoscas, vt seias illum esse Deum, vnde oritur natura, gratia, gloria,
& à quo est omne bonum. Ita fit vt ex interioribus spiritus, opera exteriora
promanent: & contra per exteriora interiora prouocentur & exerceantur.

Adoratio
quid sit gratia
Deo quid
sequatur.

Adoratio Dei est diuina latria, quæ præterquā Deo, nulli alij exhibetur
& ideo cognitionem huiusmodi requirit. Et vt accepta sit etiam Deo & me-
ritoria, perfectum omnino sui ipsius excharitate in diuinum beneplacitum
submisionem adesse oportet. Religio cultusque Dei etiam in oblatione ver-
satur omnium eorum, quæ DEO offeruntur. Ad religionem inter cætera
hæc etiam opera spectant, vt sunt castigatio carnis suæ, temporalium bono-
rum relictio, vitiorum extirpatio, propriæ voluntatis resignatio & renun-
ciatio, propriorum affectionum perdomatio, sacrificium alcaris p̄. r. missã,
& (quæ potissimum eo pertinet) arcta perennisque cum Deo sui ipsius per-
vorum confederatio. Hæc omnia vt dictum est, ad Christianam & Euange-
gelicam vitam pertinent.

*Quod omnes boni Christiani religiosi possint appellari, & potissimum hi qui
statum aliquem suscipiunt ad hoc ordinatum penitus, vt in eo
spiritualibus exercentijs acare quisque debeat.*

Caput III.

Religiosus
vt sit & dicitur
possit quilibet
Christi-
anus.

Ex his omnibus, vt supra memoratum est, efficitur, quod quiuis homo,
qui sic vero & vnico Deo tali religione & latria seruit, vt iam dictum
est, religiosus vel spiritualis homo fit vocarique possit. Atque eiusmodi Chri-
di Chri-